



legentiae sit tanta & tam grauis acceruita, si ta peccati, multa est  
 in uerbis & multa in philosophorum uel rethorum sermonibus  
 pulchritudo. qui omnes decuitate sunt hiericho. Idest huius  
 mundi homines. si ergo inuenias apud philosophos pueria dogma  
 ta. luculenti sermonis adseruionib; decorata ipsa legula aurea.  
 Sed uide ne te decipiat fulgor <sup>metalli</sup> operis. ne te rapiat sermonis au  
 rei pulchritudo. Oremeto quod dicit anathema. Ius sit om  
 ne aurum quod hiericho fuerat inuentum. si poeta legeris  
 modo latius uersibus & p fulgido carmine deos deasq; texentem.  
 ne delecteris eloquentiae suauitate. lingua enim aurea est  
 si eam sustuleris & exposueris in tabernaculo tuo. si intro  
 duxeris in cor tuum ea quae ab illis adseruntur. palluisti  
 omnem ecclesiam dñi. hoc fecit infelix ualentinus & basili  
 lides. hoc fecit & marcion. furati sunt isti legulam auream  
 de hiericho & philosophorum nobis non rectas in ecclesia intro  
 ducere conati sunt sectas. & palluere omnem ecclesiam dñi.  
 sed pcedens patrum sequamur exemplum. discutiamus di  
 ligentius. neque absconditum in tra tabernaculum suum  
 habeant hierichon tiam linguam. & abiciamus malum  
 de nobis ipsis. quia & iam si nos cessamus arguere dñi. ita ut ipse  
 confiteatur. & dicat. furatus sum linguam auream. & dex  
 tralia pura. pura autem dextralia sunt opera in quib;  
 nihil diuinum miscetur. sed totum <sup>secundum</sup> hominem geritur.  
 Denique & in his indisputationibus moris dicere quia xpm  
 non purum hominem dñi sed hominem & dñm confite  
 mur. Illud autem quod de hiericho furatur purum esse  
 dicitur. Idest sine dō. quae utiq; existit furanti causa  
 peccati. & ideo nos nihil purum & humanum de xpo senti  
 amur. sed dñm atque hominem pariter fateamur.